# Liber Primus

e SERVES iterum. Longum est hyperbaton. tendit enim illuc vsq; o diua gratū que regis antiū & c.

f IN vltimos bri. Britannia ante romanis incognita primū a Iulio cesare in gallos bellum gerente victa est quamuis nihil huiusmodi mādāte senatu. Qua propter cense bat Cato nō modo triumpho ho nestandnm sed potius pena afficiē dum cęsarē. qui immanes barbaros non sine reipub. periculo irritasset. Defecit tamē britannia post mortem Iulii quam cęsar recuperauit. Ergo de parthis populis orientalibus. & de britannis triūphauit. Hinc Vir. Et duo rapta manū diuerso ex hoste throphea. Bisq; triumphatas vtroq; a littore gētes.

g EXAMEN. Metaphora enī est ab apibus. quarū filii relinquētes alueos examen colligūt. & alio se conferunt.

h EOIS partibus. Orientalibus populis vt medis: parthis: persis: arabibus: indis.

i OCEANOQVE rubro. Ex mari eoo vnde sol oritur quod indicum vocant. quod rubrum mare siue æthiopicum appellāt ad austrum versus effunditur. ex ea maxime parte qua vasta quedam solitudo & inhabitabilis plaga terrę cōspicit. ardentibus semper caloribus exusta Auctor est Dyonisius

d diuo · cunctem · augustum
e · f
Serues iturum cęsarem in vltimos
Orbis britannos. & iuuenum recens
militum agmen
g · h
Examen eois timendum
.i. mari rubro.
i
Partibus. oceanoq; rubro
quas bella ciuilia dederant
l
Heu cicatricum. & sceleris pudet
hoc est ciuiū · q.d. nihil
ferrea
l
Fratrumq; quid nos dura refugimus
nefarii. sceleratí
Aetas: quid intactum nefasti
a quo templo
q.d. a nullo
Linquimus. vnde manum iuuentus
Metu deorum. continuit quibus
m
Pepercit aris. o vtinam noua
q.d. felicius · repercussum
formato · in fortuna
.i. reficias
Incude diffingas retusum in
populi
n
Messagetas arabasque ferrum:

k HEV cicatricum. Detestat poeta bella ciuilia. quibus quidē omne nefas commiserant. spreto deorum metu: suorumq; pietate. charitateq; patrię que omnibus maxima esse debet quod & Cirero meminit.

l QVID nos dura refugimus. Per appositionem. q.d. nullum scelus pretermisimus: quoniā sumus dura ętas idest crudelis ętas: nam durum crudelem dicimus quoniā nulla humanitate mollescit. vel dura .i. ferrea poetę enim per metalla ętates diuiserunt: primamq; quoniam iustissima esset auream dixere. Oui. in. i. meth. Aurea prima sata est etas que vindice nullo sponte sua sine lege fidem rectumq; colebat. Secūdum quia paulo deterior fuit sed non multum depriuata dixerunt argenteam Tertiam eream Quartam ferream.

m OVTINAM. Optat vt arma malo omine fabricata quoniā in ciues conuersa sunt. nunc melioribus auspiciis refabricentur vt vertantur in messagetas & arabes.

n MESSAGETAS. Messagetę populi sunt thracie. De quibus meminit multa herodot⁹ libro. iii. Et Strabo li. xi.

## Argumentum odes XXXVI.

S Cribit sacrificandum esse diisq; gratias agendas: obseruatum ab eis pomponiū Numidiam nuper enim ex hispania sospes redierat. Hortatur inde vt diem leti & hilares celebrent: genio operā tribuentes. Hoc dicit.

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/horatius1498/0072
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg